ad penam mortis iudicatus fuerit
sua bona nullus recipere habet
qui sunt veri heredes.

72 **Si vir moritur qui bona habeat**

Si autem vir moritur qui habeat
pueros et sibi bona donata nullus
habuerit sibi succedunt pueri si si-
bi equalis nature fuerint. Et si
ex hiis pueris unus decesserit ma-
ter sibi in sua parte succedit. Et
mater in hiis bonis nichil facere
potest absque heredum consensu ac volun-
tate.

De etate puerorum quando tu-
73 **tores esse possunt**

Quando puer duodecim est an-
norum tunc potest eligere pro sua vo-
luntate quem voluerit pro tutore.
Et qui suus fuit tutor matri
racionem facere debet et sic adolescen-
ti quid cum bonis fecerit suis.

Quo homo suam liberta-
74 **tem habet probare**

Si vir alloquitur aliquem quod
suus sit illiber, si potest sua liber-
tatem protestari propior est evade-
re quam ille ipsum vincere possit liber-
tatem suam vir probare potest cum tri-
bus cognatis et tribus agnatis sic
meliores esse debent, sive sint vi-
ri sive femine. et hoc scire debet
quilibet legens ubi scribitur agnatus
designat ex parte patris et ex
parte gladii. Et ubi scribitur cognatus
tunc ex parte matris designatur. 75

**De pecunia taxillis acqui-
sita**

Si servus bona domini
sui perdiderit taxillis aut obligat
aut vendit, dominus bene potest are-
stare domui sue, quod se ad ea bona
trahat ut iuris sit. Quem autem servus
bona sua deluserit aut quocumque
modo a se alienavit sua volunta-
te, dominus super ea nil alloqui potest
quia solvere servo non tenetur. et sic
dominus pro bonis servi non est lia-
tum respondere. Si autem conqueritur
aliquis super aliquem pro debito
aut pecunia ludo seu taxillis
acquisita pro eo sibi non debet respon-
dere. Quem autem servo suo equus
vel alia sua bona furtive aut
spoliando recepta fuerint absque
culpa servi in domini servicio hoc
oportet dominum solvere servo, pro eo quod
dominus respondere sibi super eo tenetur. 76

**De bonis que alicui dan-
tur ad servandum**

Quicumque alii bona sua ad ser-